

## 285.

*Bruno, Bischof von Naumburg, ertheilt denjenigen, welche die Kirche des Klosters Marienthron am Tage ihrer bevorstehenden Einweihung und am Jahrestage derselben besuchen, 40 Tage Ablass.*

1291 April 18.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1346. Das zerbrochene S. des Bischofs an Pergamentstreifen. 5*  
*Gedr.: Neue Beiträge von alten und neuen theolog. Sachen 1757, 167. Hasche Magazin 6, 186 f.*  
*Ann.: Vergl. Neue Beiträge a. a. O. 303.*

B[runo] dei gracia Nuenburgensis episcopus universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam pervenerit presens | scriptum, salutem in domino sempiternam. Loca sanctorum omnium sunt pia et prompta devotione | a Christi fidelibus veneranda, ut, dum dei hono- 10 ramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant et, | quod nostra peccata prepediant, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur monasterium in Throno sancte Marie prope Grime ordinis Cysterciensis Mersburgensis dyocesis congruis honoribus frequentari et populum Christianum quasi per premia et merita salubriter invitari, omnibus 15 vere penitentibus et confessis ad eandem ecclesiam in die, quo dedicabitur, et anniversario eiusdem dedicationis devote accedentibus quadraginta dies et karenam misericorditer relaxamus proviso, quod venerabilis pater dominus Mersburgensis loci dyocesanus hoc ratum habere dignetur adque gratum. Datum anno domini m̄ cc̄ nonogesimo primo, xiiii kalendas maii.

(SFR.)

20

## 286.

*Markgraf Friedrich (Tuto) von Landsberg eignet dem Kloster Nimschen einen jährlichen Zins und ein Wäldchen in dem Dorfe Skortitz, welche das Kloster von Hartung, genannt von Bothen, käuflich erworben hat.*

Grimma, 1291 Mai 6.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1347. Für das fehlende S. sind Einschnitte im Perg. vorhanden. 25*  
*Gedr.: Hasche Magazin 6, 388.*  
*Ann.: Vergl. Berthold Schmidt Urkundenbuch der Vögte von Weida 1, 126.*

Fridericus dei gracia Misnensis Orientalis et de Landesbere marchio omnibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Quoniam omnium habere memo-riam divinitatis potius quam humanitatis existit, necesse est, ut ea, que ab hominibus rite et rationa- 30 biliter aguntur, ne ab hominum memoria decidant | et labantur, perpetuacionem recipiant testimonio litterarum. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi Christi fidelibus, quod, | cum monasterium sanctimonialium in Nimschene iuxta Grimme ordinis Cysterciensis ab Hartungo milite dicto de Patin tres marcas annui census, vi denarios et duodecim pullos dandos singulis annis cum quadam particula lignorum in 35 villa Schortycz de novo iusto emptionis et venditionis tytulo interveniente comparaverit, nos ob reverenciam omnipotentis dei et matris sue Marie virginis gloriose proprietatem dictorum bonorum dicto monasterio damus donamus et addicimus perpetuo possidendam, cum dicta bona a dicto Hartungo et filio suo Hartungo sint in manus nostras liberaliter